

ADALÉKOK  
AZ ERDÉLYI JEZSUITA  
RENDHÁZAK ELTÖRLÉSÉNEK  
TÖRTÉNETÉHEZ

KÖZLI:  
DR. TEMESVÁRY JÁNOS



BUDAPEST  
SZÉKESFŐVÁROS  
AJÁNDÉKA

ADALÉKOK  
AZ ERDÉLYI JEZSUITA  
RENDHÁZAK ELTÖRLÉSÉNEK  
TÖRTÉNETÉHEZ

KÖZLI:  
DR. TEMESVÁRY JÁNOS

CSIKSZEREDAI R. K. GIMNAZIUM tanári könyvtára	
csoport	szám

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

## Előszó.

Midőn XIV. Kelemen pápa a Bourbon-udvarok nyomására kibocsátott „Dominus ac Redemptor“ szavakkal kezdődő brevejével feloszlatta Jézus-Társaságát, a volt rendtagokat feloldotta fogadalmaik alól. A felszentelt papok egyrésze más szerzetekhez csatlakozott, mások pedig a világi papság közé kérték felvételüket. Az akkor Erdélyben működő jezsuiták nagyrészt az utóbbit választották.

A Rend eltörlésekor hat háza volt a Társaságnak Erdélyben, és pedig Kolozsvárott egy kollégium akadémiai ranggal, melyben 26 áldozópap, 5 papnövendék-tanár és 9 testvér működött. A gyulafehérvári rendházban 6 áldozópap és 2 testvér, a székelyudvarhelyi rendházban 6 áldozópap és 1 papnövendék-tanár, Nagyszebenben 10 felszentelt pap és két testvér, Brassóban 3 pap és Marosvásárhelyt 5 áldozópap talált alkalmazást, tehát összesen mintegy 80 rendtag.

Egyesek a rendházak feloszlása után visszatértek szűkebb hazájukba, a Dunántúlra, Felvidékre vagy az Alföldre, mások Erdélyben maradtak, vagy oda visszaköltöztek a nagymagyarországi házakból és az erdélyi egyházmegyébe kérték felvételüket.

A jelen forráskiadvány azoknak a volt-jezsuitáknak az erdélyi püspökhöz benyújtott folyamodó kérvényeit tartalmazza, akik Erdélyben maradtak, vagy oda visszatértek és az erdélyi egyházmegyéhez óhajtottak csatlakozni. A gyűjtést dr. Temesváry János, az erdélyi egyháztörténetírás nagynevű művelője végezte, kinek történetírói munkássága közismert. A kis gyűjtemény a magyar jezsuiták történetét előkészítő kiadványsorozatban lát napvilágot. A gyűjtő többszörös megkeresése a magyar jezsuita rendtartomány vállalta a kiadás költségeit. A következő oklevelek sok érdekes adatot szolgáltatnak az egyetemes magyar történethez is.

Budapest, 1935. január 1.

Gyenis András S. J.

## Névmutató.

A nevek után álló arab számok az oldallap számát jelzik.

Ambrus Pál 11, 35.  
Apor József báró 18.  
Apostol György 20, 35.

Béldi János 32.  
Benkő Miklós 10—11, 29—31.  
Bethleni Antal 10, 25—6, 35.  
Biró György 29—30.  
Biró István 29, 33.  
Blum Károly kanonok 18—19.  
Boér Imre 30.  
Boros N. 11.  
Botár Gergely 20—1, 35.  
Botár György 26, 35.

Csedő Pál 10—1, 18—9, 35.

Danhoffer N. 33.  
Dobra József 19—20.  
Dobra László 10, 24—5, 35.

Éhrenhardt Kajetán 12.

Fekete József 14, 27, 35.  
Ferenczi András 17, 35.  
Friberth Sámuel 11—2, 35.  
Fridvaldszky János 10, 15—6,  
29, 36.

Gönczi Ferenc 10, 18—9, 30,  
35.  
Grasser Ferenc 30, 35.

Hajjas István 6—7.  
Haller József 13, 36.  
Hartmann Ferdinánd 29—32.

Jakab András 9, 36.

Kereskényi Adám 29.  
Koffler János 5, 36.  
Kollonitz László gróf, erdélyi  
püspök 5—34.  
Kovács József 23, 36.  
Kováts József, kászeni 17—8.

Lakatos Ferenc 11, 30.  
Lehmann József 8—9, 36.  
Liszi András 29.

Mader Károly 14, 33.  
Manner Tádé 30, 36.  
Mártonfi József 29, 31, 33, 36.  
Mertz Ignác 10, 11, 18.  
More István 6, 34, 36.

Neuhauser Károly 7—8, 36.

Raisz József 16.

Schreiner András 15, 33.  
Szaleffi János 16, 17, 36.  
Szegedi György 22, 36.  
Szereday Domokos 10, 22—3,  
36.  
Szereday Antal prépost  
18—19.

Török Ferenc 21, 36.

Wagenseil Ignác 14, 15, 27,  
33.

# 1.

Szeben, 1775. augusztus 20.

*Koffler János exjezsuita nyilatkozata arra nézve, hogy melyik egyházmegye tagja óhajt lenni.*

Iam sub finem Anni praeteriti coram Deo deliberare coepi: Cuinam Dioecesi me incorporari suppliciter peterem. Quia vero semper prae oculis habebam insufficientiam meam, aetatem provectam, valetudinemque per multas miseras terra marique perpassas labefactatam, vi cuius fortasse plus oneri essem, quam utilitati, aut honori, ideo nil concludere volui, sed statum meum candide exponens Dilectissimo Domino meo Condiscipulo, Episcopo et Vicario Generali Archidioecesis Pragensis, ab eo consilium petii, quid hac in parte mihi agendum censeret? Qui cum suaserit, ut pro originaria mea Archidioecesi me determinarem, datâ subinde morâ per supplices litteras eô recurri, atque etiam ut ut immeritus Eidem adlectus fui, submissâ simul scripto licentiâ: non modo in Transylvania, vel ubi maior Dei gloria postulaverit, versandi.

Hoc non obstante sicut hactenus tanquam Missionarius ad hanc vineam Domini ante septennium a Sua Maiestate Sacratissima missus, in ea pro maiore Dei gloria, animarum salute, et Religionis incremento, iuxta vires meas laborare studui, adiuvando caeteros Operarios in concionibus, in audiendis confessionibus, et administrandis infirmorum Sacramentis, ita et in futurum me fideliter adlaboraturum promitto, quantum et quoad potuero adusque defectionem virium, non modo in iis, quae ad SS. Missiones obeundas pertinent, sed etiam in aliis omnibus, quaecumque Sua Excellentia a me indignissimo praestanda postulaverit, summae mihi ducens gratiae, et honori, si Sua Excellentia meâ tenuitate in aliquo uti dignata fuerit. Signatum Cibinii 20<sup>ma</sup> Augusti 1775.

Indignissimus Omnium

*Joannes Koffler mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.

*Koffler Jánosról* lásd: Archiv des Vereines für siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. XI. k. 203. l.

## 2.

Károlyfejérvár, 1775. augusztus 21.

*More István exjezsuita kinyilatkoztatja, hogy ő az erdélyi egyházmegye kötelékébe óhajt fölvétetni.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine, Domine Praesul et Patrone Gratosissime!*

Literas Excellentiae Vestrae reverenter, ut par erat, accepi, easque illico cum duobus hic adhuc una mecum commorantibus sociis communicavi, qui se ad puncta in iis contenta scriptotenus responsuros receperunt. Me quod attinet, ante Bullae Pontificiae executionem Excellentissimo quondam Praedecessori Excellentiae Vestrae Alvinczii declaraveram, me in hac alma Dioecesi, quae originis meae est, permansurum, eiusdemque dispositioni totum commiseram. Nunc etiam Excellentiae Vestrae id ipsum mandanti, atque etiam gratiose invitanti rursus declaro, ut sit hoc velut iteratum Sacrae huius militiae authoramentum. Quidquid igitur virium post annum aetatis sexagesimum iam exactum mihi superest, id totum Excellentiae Vestrae, ac almae huic Dioecesi offero; id unicum dolens, quod vegetiorem aetatem, quae iam elapsa est, offerre non valeam. Reliquum est, ut sciam, qua in re senilis mea opera Excellentiae Vestrae non omnino inutilis videatur. Quod dum praestolor, me favoribus et gratiis Excellentiae Vestrae quam demississime commendo, ac persevero

Albae Carolinae, die 21. Augusti 1775.

Excellentiae Vestrae

Servorum minimus

*Stephanus More mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.

*More Istvánról* lásd: *Archiv XI.* k. 212. l. Ő volt a fogarasi gör. kath. püspök mellé beosztott utolsó *theologus*.

## 3.

Szeben, 1775. augusztus 21.

*Hajas István exjezsuita a veszprémi egyházmegyébe való fölvételét jelenti be.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes, Domine Praesul, ac Patrone Benignissime, Gratosissime!*

Ut gratiosissimo Excellentiae Vestrae mandato satisfaciam, demississima cum veneratione significo, me statim a suppressione

Societatis operam originis meae Dioecesi Weszprimiensi obtulisse; eique benignitate V. Capituli, ac Reverendissimi sede vacante Vicarii Capitularis adscriptum esse; ad quam secundum tenorem Clementissimi Mandati Caesareo-Regii, ab Excellentia Vestra gratiosissime intimati, abire quam primum cupio, atque, ut cum venia Excellentiae Vestrae quam primum abire valeam, demississime supplico. In reliquo inter profundissimi cultus, ac venerationis officia iugiter persevero

Excellentiae Vestrae

Cibinii, 1775. 21. Augusti.

indignissimus Capellanus

*Stephanus Hajas mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Hajas Istvánról lásd: Archiv XI. k. 190. l.*

#### 4.

Szeben, 1775. augusztus 22.

*Neuhauser Károly exjezsuita nyilatkozata arról, hogy az erdélyi egyházmegye tagja akar lenni.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine  
Domine Episcopo!*

Ad mandatum Suae SS<sup>ae</sup> Maiestatis, quod Vestra Excellentia per Encyclicam nuper nobis communicatum voluit, declaro, me esse determinatum, ut in Dioecesi Transylvaniae me addicam ad labores pro salute animarum, ad quos mihi vires suppetent.

Virium autem mearum intuitu peto iterum, ut ab officio Concionatoris liberer. Huic pectus male affectum non sufficere Medicorum iudicium semper erat; et nunc experientia doctus duorum fere annorum decursu, quibus nunquam sine periculo gravioris mali, semper cum debilitate maiori ad Concionem dixi; praeterea oculum dextrum adeo hebetari adverto, ut iam maiorem etiam typum illo vix legere possim.

Declaro etiam mihi esse propositum a Dioecesi nec longius abesse, nec plane abire, nisi iis de causis, quarum intuitu annutum ab Excellentia Vestra Episcopali impetrandum aequitas mihi spondet. Mentionem harum graviorum causarum non abs re facio, iam enim nunc duas prospicio, quae, ut me alio avocent, lapsu temporis evenire potest. Has, ubi libuerit Suae Excellentiae, oretenus exponam. Caeterum nihil est, quod me absterret, quin Dioecesi Transylvaniae operam meam locare velim: ut enim cum

Divina Benedictione liceat in pace laborare pro gloria Dei et animarum salute securitatem praestabunt curae providentissimae Vestrae Excellentiae, cuius gratiosissimis favoribus, et protectioni me plurimum commendo. Cibinii 22. Augusti A<sup>o</sup> 1775.

Vestrae Excellentiae Episcopalis

Servorum infimus et  
indignus Capellanus

*Carolus Neuhauser mpr.*

Eredetiye az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
Neuhauser Károlyról lásd: Archiv XI. k. 215. l.

## 5.

Szeben, 1775. augusztus 22.

*Lehmann József volt nagyszebeni jezsuita házfőnök*  
nyilatkozata az egyházmegye kötelékébe való belépés  
tárgyában.

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Praesul!*

Gratiosissimam insinuationem Excellentiae Vestrae, quâ mihi, meisque antea Confratribus benigne indicatur, voluntatem Augustissimae Dominae Nostrae esse, ut omnia et singula suppressae Societatis membra certae cuidam Dioecesi se se addicant, iam olim quodam modo, ut ita dicam, praeveni. Quamprimum enim nobis hic Cibinii existentibus Breve Pontificium suppressionis nostri Ordinis solemniter intimatum fuisset, illico me defuncto Excellentissimo Domino Episcopo, Excellentiae Vestrae Antecessori, tamquam meo futuro Ordinario promptum ad ea omnia obtuli, in quibus Suae Excellentiae tenui meâ operâ uti praeplaceret, cuius oblationis meae intuitu mihi administratio huius Parochiae denuo commissa fuit. Paulo post mihi ab Excellentissimo, ac Illustrissimo Domino Episcopo Neostadiensis, et Vicario Apostolico Castrensis de novo collatus est Superioratus Castrensis per universam Transylvaniam, quem iam prius, dum adhuc Superior huius Residentiae essem, eâ, qua potui, sedulitate administraveram, et nunc denuo ex obedientia suscepti. Vi huius ultimi Officii non solum ex aerario bellico Suae Sacratissimae Maiestatis honestam sustentationem percipio, sed et ad figendam hic Cibinii penes Generalem Armorum Praefecturam meam stationem ita constringor, ut mihi sine expressâ facultate Excelsi Consilii Bellici Viennensis scriptotenus datâ me alio conferre, vel longius hinc abesse nullatenus liceat.

Quantum igitur mihi ratione huius dicti Officii permissum est, me denuo Excellentiae Vestrae animo sincero, et promptissimo offero ad ea omnia exequenda, quae pro bono spirituali ovicularum Excellentiae Vestrae hic Cibinii existentium vel agere, vel pati contigerit; nam non solum iucundum, sed insuper gloriosum mihi ducam sub directione tanti Praesulis unum vel e minimis operariis agere. Hisce paternam manum Excellentiae Vestrae reverenter exosculans me pretiosissimis favoribus et ulteriori benevolentiae demississime commendans permaneo

Excellentiae Vestrae  
Cibinii, die 22. Augusti 1775.

Infimus Servus in Christo  
*Josephus Lehmann* mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Archiv N. F. VI. k. 259. l.*

## 6.

Károlyfejevárvár, 1775. augusztus 24.

*Jakab András* exjezsuita az erdélyi egyházmegye tagja óhajt lenni.

*Excellentissime, ac Illustrissime Domine Comes,  
Praesul Gratosissime, Benignissime!*

Ad gratiosum Excellentiae Vestrae mandatum praesentibus declaro, me in hac alma Dioecesi Transylvaniensi permanere, operamque meam provehendae maiori Dei gloriae secundum dispositionem Superiorum meorum in debita obedientia perseveranter impendere velle. Quibus, cum gratiosissimis favoribus me commendo, in iugí veneratione permaneo. Albae Carolinae 24. Augusti 1775.

Excellentiae Vestrae

Cultor et Capellanus infimus  
*Andreas Jakab* Presbyter Saec. mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Jakab Andrásról* lásd: *Archiv XI. k. 195. l.*

## 7.

Kolozsvár, 1775. augusztus 26.

*Benkő Miklós kolozsvári finöveldei igazgató jelentése  
az exjezsuitákról.*

*Excellentissime, Illustrissime Domine Comes Episcopo!  
Domine, ac Patrone mihi Gratosissime!*

Literas gratiosissimas Excellentiae Vestrae, mandataque clementissima, maximâ cum veneratione accepti die 24. mensis labentis; quibus ut pro mea singulari observantia quamprimum morem gererem, Patribus, Magistrisque suppressae Societatis, quorum nomina in accluso folio mihi transmissa sunt, et qui Claudiopoli ex iis agunt, Paternam Excellentiae Vestrae, Sacratissimaeque Maiestatis voluntatem continuo significavi, praeter Dominos Ladislaum Dobra, Dominicum Szeredai, Antonium Bethleni, qui extra Claudiopolim in diversis, dissitisque locis degunt. Sed his etiam benignissimum Excellentiae Vestrae imperium, prima oblata oportunitate, per literas significare haud intermittam.

Me cumprimis quod attinet, Almae huic Dioecesi, eiusque obsequiis me ipsum, operamque meam lubenti animo addico, eique inscribi humillime supplico, omnem obedientiam, observantiamque Excellentiae Vestrae, Superioribusque subordinatis me praestitutum adpromittens. Caeteri pariter, quos convenire mihi licuit, quorumque nomina humillime transmitto, promptissima sunt voluntate, gratiosis Excellentiae Vestrae, Suarum Maiestatum mandatis obsequendi, id summa animi demissione expetentes, ut Dioecesi, quam ingenti nostro, bonorumque omnium solatio Excellentia Vestra moderandam suscepit, eos adnumerare, Cleroque Transylvaniensi adlegere dignetur. Quem favorem dum nobis a perspecta Excellentiae Vestrae benignitate conferendum speramus, id una omnes humillime oramus, ut nos Matre Societate orbatos paternis suis gratiis complecti velit.

Pater Fridvaldszky, Regens Seminarium, quum terminato anno scholastico ad manus osculum Excellentiae Vestrae Cibinium concesserit, suum declaraturus est animum. Idem se praestitutum pollicetur Magister Gönczi literis propediem ad Excellentissimum Dominum Praesulem dandis, qui Theologicis Disciplinis nondum est excultus. Magister Ignatius Mertz, parvae scholae moderator, iam ante, quam literae Excellentiae Vestrae mihi redderentur, perscripsit Reverendissimo Domino Vicario se ad Ungariam, solum natale transiturum. Magister Paulus Csedó ad Theologicas Disciplinas condiscendas parato est animo; illud tamen demisse Excellentiam Vestram orat, ut Viennam, aut Tyrnaviam pro sacris his scientiis discendis disponatur; pro quo favore obtinendo et ego

praeclarum hunc, ac Religiosissimum Magistrum commendo qua par est animi demissione.

Magistris porro Paulo Csedő, et Ignatio Mercz abeuntibus, praeter Dominum Ambrus, duobus Praefectis Convictus opus habebit, nisi ad oeconomiam Domicilii huius numerus Praefectorum ad binos reduceretur; his itaque ut idonei subrogentur Praefecti, impense Excellentiam Vestram oro. Praeter eos, quos ad mandatum benignissimum Excellentissimi Domini Praesulis nuper proposui, maxime habilem esse intelligo Reverendum Dominum Boros, iuvenem et a studiis, et morum compositione, pacataque indole prae reliquis laudatum, qui anni huius decursu cum magna nominis sui commendatione, iuventutisque emolumento syntaxim Udvarhelyini docuit. Hic, si Domino Lakatos in scholis docendis substitueretur, et bono iuvenum, et tranquillitati magis consuleretur.

Caeterum me aestimatissimis gratiis, favoribusque magnopere commendo, ac in profundae venerationis cultu sacras exosculatus manus, persisto

Excellentiae Vestrae

Claudiopoli, 1775. Die 26<sup>ta</sup> Aug.

Servus minimus, ac Cliens devotissimus

*Nicolaus Benkő*

Regens Conv. Nob. mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.

## 8.

Kolozsvár, 1775. augusztus 26.

*Friberth Sámuel exjezsuita nyilatkozata arra nézve, hogy melyik egyházmegye kötelékébe óhajt fölvétetni.*

*Excellentissime Domine Praesul,  
Domine mihi Gratosissime!*

Non poteram non dolere vehementer Suam Excellentiam Alba Carolinâ iam abfuisse post initium huius mensis, quo tempore ibidem se sistere constituit Illmus D. Fran: Gyulai Generalis cum suis. Quos inter ego tamen inde ad Excellentiam Vestram misi pauperis Viduae instantiam.

Apud R. Dominum Benkő Regentem video Dioecesanam Encyclicam: Huic, cum ad me quoque sine dubio attineat, me promptissime conformo; ac gaudeo tanto Transylvaniae Praesuli subesse, seposito desiderio ad nativam Dioecesim Iaurinensem.

Quin opto, ne mea haec ad istam almam Dioecesim humil-

lima adscriptio sit perpetua: potius duret eo usque, quoad Aula Viennensis summos pene honores, quod indubium est, Excellentiae Vestrae decreverit: sequar fidelis famulus.

Quemadmodum a pluribus mensibus obsequium praestare cupiebam, quoties in nobilissimo saepe ac passim congressu de Episcopo Kollonitz interrogatus fueram.

Excellentiae Vestrae

Claudiopoli, 26. Augusti 1775.

Infimus Cliens  
Samuel Friberth mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
Friberth Sámuelről lásd: Archiv XI. k. 183. l.

## 9.

Károlyfejeérvár, 1775. augusztus 27.

*Ehrenhardt Kajetán* exjezsuita válasza arra nézve, hogy melyik egyházmegye tagja akar lenni.

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine!*  
*Domine, Patrone Gratosissime, Colendissime!*

Mandato, ut quodlibet individuum suppressae Societatis se alicui Dioecesi adscribat, et gratiosissimae invitationi Excellentissimae, Illustrissimae, ac Reverendissimae Dominationis lubens obedio, et me, cum nulli alteri Dioecesi adscriptus sim, Almae huic Dioecesi Transylvanicae adscribo, meque in eam ab Excellentissima, Illustrissima, ac Reverendissima Dominatione admitti humillime supplico. Quibus me gratis et favoribus Excellentissimae, Illustrissimae, ac Reverendissimae Dominationis commendans maneo

Excellentissimi, Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini,  
Domini

A. Carolinae, 27. Augusti 1775.

Servorum infimus

*Caietanus Ehrenhardt* Presbyter,  
Concionator Germanicus et  
Praesidii Militaris Capellanus mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Ehrenhardt Kajetán*ról lásd: Archiv XI. k. 179. l.

## 10.

Réten, 1775. augusztus 31.

*Haller József exjezsuita szolgálatait az erdélyi egyházmegyének ajánlja föl.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine, Domine Praesul, Domine mihi plurimum venerande!*

Epistolam Excellentiae Vestrae ad me datam summa cum veneratione proxime accepi. Cum autem ex eadem intellexerim Sacratissimae Suae Maiestatis esse voluntatem, ut suppressae Societatis Jesu membra se certae Dioecesi addicere velint, ea de causa, ut voluntati Suae Sacratissimae Maiestatis obsecundarem, cum nulli adhuc Dioecesi adscriptus sim, pro Dioecesi Transylvaniensi me offero, demisseque Excellentiam Vestram rogo, ut me huic Dioecesi adscribere dignetur. His me gratiis et favoribus humillime commendans maneo. Réten, 31<sup>ma</sup> Augusti 1775.

Excéllmi, Illmi, ac Rdissimi Domini Domini Praesulis

Humillimus Servus  
P. Josephus Haller mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
Haller Józsefről lásd: Archiv. XI. k. 190. l.

## 11.

Réten, 1775. augusztus 31.

*Haller József az erdélyi egyházmegye kötelékébe való fölvételét kéri.*

Cum nulli adhuc Dioecesi adscriptus sim, ut voluntati Sacratissimae Suae Maiestatis satisfacerem, pro Dioecesi Transylvaniensi Excellentissimo, Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Comiti Ladislao Kolonitz Episcopo Transylvaniae me offero, demisseque rogo, ut me huic Dioecesi adscribere dignetur. Signatum Réten, 31<sup>ma</sup> Augusti 1775.

P. Josephus Haller mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.

Brassó, 1775. augusztus körül.

*Wagenseil Ignác exjezsuita, brassai lelkész nyilatkozata.*

*Excellentissime, Illustrissime, Reverendissime Praesul!*

Datas ad me indignum 16. Augusti, 24. eiusdem omni cum reverentia accepi. D. Mader in separata epistola declarabit se. D. Josepho Fekete per literas communicavi voluntatem Excellentiae Vestrae, ubi autem et quando illum in Sede Háromzeg deprehensurae sint, ignoro. Ego coram Deo, sincero animo, et filiali cum fiducia in sinum Paternum me exonero. Postquam nobis Bulla abolitionis praelecta fuisset, interrogatus fui, num abire, an in dioecesi manere cogitem? reposui me velle manere, et statim nomine defuncti Excellentissimi antecessoris mihi administratio huius parochiae imposita est. Cum autem per malum atrithicum, alios morbos continuos, animi aegritudinem, et annosos labores in vinea Domini, vires meas ita fractas senserim, ut in tanta paucitate Coadiutorum laborioso huic muneri penitus impares sint, per libellum supplicem iterato ad Augustissimam recurri, in quo pro pensione clementissima institi, et quidem Viennae in patria mea consumenda. Obtinui benignissime in 300 Rhfl., modo administrationem usque ad adventum Excellentissimi continuem, debite me insinuem et ulteriores ordines exspectem. Ego nunc totus ab Excellentissimi Praesulis nutu dependeo. Si me benigne manumittere dignatus fuerit, Archidioecesi Viennensi adscribi desidero; si autem me retinere voluerit, humillime rogo ab administratione parochiae Coronensis liberari, cum oviculis catholicis, in tam vasta suburbia, non in colles, sed in montes, et in integrum districtum Barcensem dispersis invigilare, et zelo debito obsequia spiritualia praestare, viribus tam attritis mihi impossibile sit. Ad haec tenuis est valde mea sustentatio. Administro parochiam, et praeter stolam nullum proventum habeo; si enim, ut hactenus, cum duobus sociis dividitur, singulis 30 et aliquot Rh.fl. obveniunt, qui pro me quidem nec apothecae sufficiunt. Inter emolumenta parochiae erat ius educilli, occupatum est autem a Fisco Regio, licet nunquam penes Missionem S. J., sed penes parochiam fuerit. Statis Dominicis, et verno ieiunii tempore concionatorem ago, pro quo officio, ut alii exjesuitae in eodem officio constituti, ex clementissima resolutione Augustissimae 350 Rh.fl. traho. Gero munus Curati Castrensis sine ulla solutione; licet prius ex Cassa bellica a primordiis reductae Missionis annuatim 141 fl. 8 xr. obvenerint. Labores apostolicos, quantum vires meae fractae admittunt, non detrecto; Viennam, et magnum iterum mundum intueri, fratrisque mei seniculi vota implere non desidero; sed me totum voluntati Dei, et Excellen-

tissimi Praesulis dispositioni permitto. Exoscular sacram manum  
omni cum reverentia, et in paternum sinum humillime me  
commendo

Excellentissimi, Illustrissimi, Reverendissimi Praesulis

filiorum indignissimus  
*Ignatius Wagenseil* mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.

## 13.

1775. aug.—szept.

*Schreiner András* exjezsuita nyilatkozata arra nézve,  
hogy melyik egyházmegyében óhajt a jövőben működni.

Ad mandatum Suae Excellentiae humillime expono, me  
origine ad Dioecesim Passaviensem pertinere, eoque iam anno  
priore abiturum fuisse, nisi ex amore boni publici et suasu  
Excelsi Regii Gubernii, hac conditione in maximo defectu Profes-  
soris linguae Germanicae gnari remansissem, ut mature de suces-  
sore provideatur, ac mihi anno scholastico exacto libera sit ad  
patrios lares revertendi facultas.

Spero proinde Suam Excellentiam tanto facilius meis preci-  
bus annutum praebiturum, quanto magis perspicit me per septem  
annos continuos et docenda iuventute Catholica, et operatione  
Apostolica in populo fideli operam non exiguam posuisse.

Excellentiae Suae

Servus in Christo infimus

*Andreas Schreiner* mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Schreiner Andrásról* lásd: Archiv. XI. k. 232. l.

## 14.

1775. aug.—szept.

*Fridvaldszky János* exjezsuita nyilatkozata az  
egyházmegye kötelékébe való belépéséről.

*Excellentissime, ac Illustrissime Praesul,*  
*Patrone Gratosissime!*

Quod meum animum adtinet, utrum Dioecesi Transylvaniensi  
memet adscribi velim, sequor consilium, quod aliis ultro dederam,

quamdiu nimirum Excellentiae Vestrae paterna prorsus sollicitudo huic M. Principatui prospexerit, meas vires pro gloria Dei et animarum salute immolo. Patiatur! demississime oro Excellentiam Vestram me sibi devotum Capellanum, qui iam in 13<sup>um</sup> annum Religioni, et Publico isthic deservio, licet  
Excellentiae Vestrae

Indignissimus

Joannes Fridvaldszky mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
Fridvaldszky Jánosról, kit helytelenül Fridvaldszkinak ír, lásd: Archiv XI. k. 183. l.

## 15.

1775. aug.—szept.

*Raisz József exjezsuita* bejelenti az erdélyi egyházmegyébe való belépési szándékát.

Ego Josephus Raisz Missionarius, et Böiensis Parochiae Administrator determino me pro hac Transylvanica Dioecesi, meque gratiis et favoribus paternis humillime commendo, et maneo

Excellentissimi Domini Praesulis

obedientissimus Capellanus

Josephus Raisz mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
Raisz Józsefről lásd: Archiv XI. k. 225. l.

## 16.

1775. aug.—szept.

*Szaleffi János exjezsuita* az erdélyi egyházmegyének kötelékébe óhajt fölvetetni.

Almam Dioecesim Transylvaniensem, cum in hac alioquin 11 annos in obsequio Dei et animarum iam exegerim, sponte, ac libere amplector, ac reliquos quoque vitae dies eidem consecro. Lubens, ac prompte sacris laboribus memet impensurus, quantum

et quamdiu per aetatem prope 56 annorum, et vires iam iam fatiscentes licuerit.

*Joannes Szaleffi mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Szaleffi Jánosról* lásd: Archiv. XI. k. 238. l.

## 17.

1775. augusztus—szeptember.

*Ferenczi András exjezsuita nyilatkozata arra nézve, hogy az erdélyi egyházmegye tagja óhajt lenni.*

Infrascriptus praesentibus significo, me ex singulari Excellentissimi, Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Episcopi benevolentia et indultu velle manere, et in vinea Domini animarum lucro operam dare in hac alma Dioecesi Transylvaniensi: una demississime orans Suam Excellentiam, ut me dignetur in suum paternum affectum recipere, minimisque suis Clientibus annumerare.

Suae Excellentiae Episcopalis

indignissimus Cliens, et Capellanus

*Andreas Ferenczi mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Ferenczi Andrást* az Archiv XI. k. nem emliti.

## 18.

Udvarhely, 1775. szeptember 1.

*Kászoni Kováts József exjezsuita nyilatkozata az erdélyi egyházmegye kötelékébe való belépéséről.*

*Excellentissime ac Reverendissime Domine, Domine Praesul, Pater, ac Patrone gratiosissime, benignissime!*

Augustissimae Regiae Maiestatis benigno mandato, Vestraeque Excellentiae voluntati obedire paratus, ab Excellentissima, ac Reverendissima Dominatione Vestra, utpote Praesule meo dignissimo quam demississime peto, dignetur Excellentia Vestra in gremium almae huius Transilvanicae dioeceseos, in qua natus,

educatus, et ad quam post septemdecim annorum in Hungaria in Societate Jesu incolatum sponte mea reversus sum, me benigne suscipere, eidemque adscribere, atque paternam protectionem, curam, et affectum mihi quoque clementissime impertiri. Interim paternas Excellentiae Vestrae manus filiali amore, fiduciaque reverenter exosculans, persevero

Excellentissimi, Illmi, ac Rñdissimi Dñi Praesulis  
Clientum infimus, et filius in Christo obsequentissimus

*Josephus Kováts de Kászón,*  
Presbyter,

Junior in Societate Jesu ad distinctionem dictus,  
nunc Rhetoricae et Poeseos Professor mp.

Udvarhellini, Die 1. Sept.  
Anno 1775.

Eredetiye az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Ifjabb Kováts Józsefről az Archiv XI. kötete nem tesz említést, mivel ő Erdélyben nem működött.*

## 19.

Károlyfejérvár, 1775. szeptember 3.

*Szereday Antal nagyprépost javaslata az exjezsuita  
magisterekre vonatkozólag.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes  
Episcopus, Domine mihi Gratosissime!*

Commonueram nuperdum ego tres Magistros Exjesuitas Claudiopolitanos, Franciscum Göntzi, Paulum Csedő, Ignatium Mertz, ut mature se declararent, an iam vellent Scholastico huius Dioecesis Clero, quod antea tantopere expetebant, accenseri. Et Ignatius quidem Mertz declarat se scholastica doctione dimissâ in Hungariam recepturum; et huius ego, quantumvis Germanicae linguae gnari, abitum prorsus non possum dolere, post suppressam enim Societatem in eos deflexit mores, a quibus Clericus, et vir Ecclesiasticus remotissimus esse debet. Paulus Csedő a me quoque Tyrnaviam petit pro theologicis studiis promoveri, at Göntzi nihil adhuc ad me reddidit responsi, sed eò ipsum quoque aspirare e gratos Excellentiae Vestrae litteris perspicio. Ut Baro Josephus Apor pro eo, quod Excellentia Vestra fieri iubet, Vienne pro Logicae repetitione commigret, de adminiculis eo facientibus primo quoque tempore disponam. Csedő et Göntzi binas, quae Tyrnaviae sunt, vacantias, pro voluntate Excellentiae Vestrae, occupare omnino poterunt, si postulato Domini Canonici Blum,

utpote qui nepotem suum illuc saltem promoveri, si emanendum ipsi sit Viennâ, procul dubio petet, deferendum non erit (quod tamen si fiat, pro eo, qui in me est, animo, certo certius mihi adscribet, iniuriaequae sibi per me illatae loco habiturus est). Quod si vero postulato illius deferendum erit, poterit illius nepos cum Magistro Csedő Tyrnaviam, Göntzi vero huc A. Carolinam collocari, hinc vero postea pro secundo Theologiae anno itidem Tyrnaviam transponi. Quam quidem opinionem meam dum salva altiore Extellentiae Vestrae dispositione propono, in assiduo singularis venerationis cultu iugiter persevero

Excellentiae Vestrae

A. Carolinae, 3<sup>a</sup> Septembris 1775.

humillimus Servus, ac devotus Cultor  
*Antonius Szereday mpr.*

*Kivül eme hivatalos följegyzés: „Nota. Ad hanc respondit Sua Excellentia die 8<sup>va</sup> Septembris 1775., significavitque eidem Rdmō D. Praeposito Dominos Paulum Csedő, et Josephum Lamás, nepotem Rdmi Domini Blum, Tyrnaviam pro Theologia mittendos.“*

*Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1775. évi 210. sz. alatt.*

## 20.

Udvarhely, 1775. szeptember 5.

*Dobra József exjezsuita az erdélyi egyházmegye tagja akar lenni.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes, et Praesul, Domine Patrone Colendissime, Gratosissime!*

Redux Cibinio A. R. Dominus Administrator multa nobis auditu iucundissima, mihi cumprimis duo multo solatiosissima retulit. Primum quidem salutem ab Excellentissimo Domino amantissimam. Pro qua ego mei, nihil unquam tale promeriti benignissima memoria, sacras paternasque manus demississime veneratus, gratias quantas possum maximas ago, oraturus etiam in dies Deum, ut, quod meae in referenda tantae dignationis gratia deest facultati, Is plene admetiatur, ac Excellentissimum Dominum Praesulem nobis Regnoque nostro quam diutissime servet incolumem.

Alter autem nuncius, maximi fons gaudii, fuit mandatum Excellentissimi Dñi Praesulis, quo iubere dignatur, ut significemus, cuinam potissimum Dioecesi adscribi velimus. Qua de re, ut sincere mentem aperiam meam, ingenue fateor mihi nihil aliud propositum esse, nihil optare aliud, quam ut rudes, et parvulos docendo, infirmis, et afflictis, qua licet opitulando Deo, et

proximo servire possim, cui etiam muneri, quantum in me est, immori volo. Et quia optimum Numen nostri misertus Excellentissimum Dñum Pastorem nobis dedit, et Patrem, ego quoque Almae huic Dioecesi Transylvaniae adscribi demississime oro; Certus nullibi felicius, nullibi maiori cum solatio, pro mea et aliorum me salute laboraturum, quam sub paternis alis, et clementissima Excellentissimi Dñi tutela. Cui dum me totum devoveo, una praepotenti patrocinio, gratiae, et favori submississima veneratione commendans maneo

Excellmi, Illmi, ac Rdissimi Dñi Praesulis  
Udvarhelini, 5. Septembris 1775.

Clientum minimus  
*Josephus Dobra* mpr.  
Udvarh. Conc. Fest.  
Catechista, et Coadiutor.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Dobra Józseftől* lásd: Archiv XI. k. 178. l.

## 21.

Marosvásárhely, 1775. szeptember 5.

*Apostol György exjezsuita* az erdélyi egyházmegyébe való belépését bejelenti.

Infra scriptus addico me Venerabili Dioecesi Transylvaniae.  
Anno 1775. 5<sup>ta</sup> Septembris, M. Vásárhelini

*Georgius Apostol* mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Apostol Györgyről* lásd: Archiv XI. k. 168. l.

## 22.

Udvarhely, 1775. szeptember 5.

*Botár Gergely exjezsuita* az erdélyi egyházmegyéet választja további működése köréül.

*Excellentissime, ac Illustrissime Domine Praesul,*  
*Patrone Gratosissime!*

Ut voluntati Sacratissimae Maiestatis, ac etiam Excellentiae Vestrae faciam satis, hisce declaro velle me Almae huic Dioecesi

Transylvanicae adscribi, in eaque vitam agere sub insigni praesidio Excellentiae Vestrae, cui dum diuturnum regimen ex animo opto, paternis gratiis, et favoribus me, Seminariumque curae meae creditum humillime recommendo.

Udvarhellini 5. Septembris 1775.

Excellentiae Vestrae

Humillimus Servus et Capellanus

*Gregorius Botár*

Seminarii S. Emerici Regens mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Botár Gergely*ről lásd: Archiv. XI. k. 174. l.

## 23.

Udvarhely, 1775. szeptember 5.

*Török Ferenc exjezsuita* az erdélyi egyházmegye kötelékében óhajt maradni.

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes Praesul, Domine Patrone Gratosissime, Benignissime!*

Tam Patria, cui me debitorem libenter confiteor, quam praecipue paterna Excellentiae Vestrae benignitas facit, ut in hanc Dioecesim cooptari exoptem, ac una humillime petam. Id, quod dum a benignissimo Excellentiae Vestrae animo me impetraturum spero, simul me gratosissimis Eiusdem favoribus, ac praepotenti protectioni demississime commendo, perenni cum subiectione et observantia humillime perseverans

Udvarhellini 5. Septembris 1775.

Excellentiae Vestrae

Minimus Capellanus et Servus

*Franciscus Török*

Eccl. Ud. Administrator mpr.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Török Ferenc*ről lásd: Archiv. XI. k. 243. l.

## 24.

Marosvásárhely, 1775. szeptember 6.

*Szegedy György exjezsuita* kinyilvánítja, hogy ő az erdélyi egyházmegye tagja óhajt lenni.

Infra scriptus determino me ad V. Dioecesim Transylvaniae, unaque Excellentissimo, Reverendissimo, ac Illustrissimo Domino eiusdem Praesuli humillime subiicio.

M. Vásárhely 6. Septembris 1775.

*Georgius Szegedy*  
Parochiae Administrator mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Szegedy Györgyről* lásd: Archiv XI. k. 238. l.

## 25.

Mikefalva, 1775. szeptember 7.

*Szeredai Domokos exjezsuita* nyilatkozata arra nézve, hogy melyik egyházmegye tagja akar a jövőben lenni.

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes, Praesul, ac Patrone Gratosissime!*

A die illo, quo Excellentiam Vestram amplissimâ Praesulis Transilvanici dignitate a Maiestatibus Sacratissimis ornatam optatissimus ad nos nuntius attulit, filialis obsequii reliquos inter et ego semper memor, eidem iam dudum antehac satisfactorius eram, nisi metuisset id haud immerito, ne initio statim suscepti regiminis, gravissimis alioquin oppressam negotiis importune forsitan interpellarem. Nunc, quoniam iussa Excellentiae Vestrae: num scilicet amplissimae Dioecesi huic adscribi desiderem? ad scribendum viam mihi aperiunt, dudum quaesitam arripio libentissime occasionem; atque imprimis quidem maximo, quo possum opere gratulor, ad reliquas Excellentiae Vestrae dignitates eam recens factam esse accessionem, quam Excellentia Vestra immortalibus suis in utramque Rempublicam meritis Bonorum omnium iudicio complures iam ante annos propriam fecerat. Bonus ille Deus, qui in Excellentia Vestra de Patre nobis amantissimo providit, faciat, ut Excellentia Vestra, quoadusque pro merito virtutum suarum ad honores ampliores evecta fuerit, pusillum hunc gregem felix semper et incolumis pascere possit!

Tum, uti eâ, quam Praesuli meo debeo, obedientiâ iussis Excellentiae Vestrae per A. R. D. Administratorem M. Vásárhelyiensem ad me delatis paream, eâ, qua possum, demissione significo Excellentiae Vestrae: me ex gratiosa Excellentiae Vestrae venia amplissimae huic Dioecesi adscribi omnino cupere: atque idcirco, quod ante triennium cum regressu illico meo in Transilvaniam ab Excellentissimo Domino id temporis Episcopo efflagitaveram, id infimis precibus Excellentiam quoque Vestram oro, dignetur Excellentia Vestra me in eandem receptum inter infimos filios, clientesque suos gratiosissime connumerare: etsi enim nunc peritissimorum medicorum, ac ipsius etiam conscientiae intimae iudicio ob continuam unius ferme iam anni tussim, et repetitam frequentissime haemophytisim absque praesentissimo vitae periculo munia Ecclesiastica, cum violentia, vel inquietudine coniuncta sustinere tantisper non valeam: sancte tamen Suae Excellentiae polliceor me nullum omnino laborem pro Dei gloria, et animarum salute detrectaturum, quam primum Deus pristinam mihi valetudinem, quemadmodum coepit, plene restituerit. Quem, ut Excellentiam Vestram nobis quam diutissime sanam, et incolumem conservet, dum quotidiana ad aras memoria, et indignissimis precibus meis interpellare haud intermittere filialis obligationis esse ducam, amplissimis Excellentiae Vestrae gratiis et favoribus memet demississime commendans persevero

Excellentiae Vestrae

infimus Cliens, et obedientissimus filius

*Dominicus Szeredai mpr.*

Mikefalvae, 7<sup>a</sup> Septembris 1775.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.

## 26.

Dés, 1775. szeptember 9.

*Kovács József exjezsuita nyilatkozata az iránt, hogy melyik egyházmegye tagja óhajt lenni.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Praesul, Domine, ac Patrone Benignissime!*

Quas 16.<sup>a</sup> Augusti plenas paternae curae, ac sollicitudinis Pastoralis Exc. D. Praesul ad me dare dignatus est, eas hodie primum accepi cultu, et observantia, qua decuit summa; et dolui sane quam vehementer adeo tarde redditas, cum quod

gratioso Excellentiae Vestrae mandato tam sero satisfacio, tum quod hanc scribendi facultatem oblatam, vel potius benignissimum mandatum non prius obtinui; ut eo celerius incenso, quo flagrabam, desiderio communi laetitiae triumphantis gaudio animi mei sensa iungendi auderem obsequi, a quo me timor nescio quis, si non reverentialis, etiamnum prohibebat. Et quoniam exequendi tam gratiosi mandati potior cura esse mihi debet, ut nimirum memet declarem scripto, cui Dioecesi adscribi petam; liceat mihi, quod sentio, sine nota ulla exprimere, et eo ipso pietatem filialem testari candide; quod tametsi ampliori fortasse spe alibi profitendi nomen meum occasio se se offerret, nihilo—tamen minus cuperem confugere, ac recipi demisse peterem sub alas tam aequi, ac benigni Patris, et absoluti numeris omnibus Praesulis, qualem una omnium vox Excellentissimum Dominum Praesulem depraedicat. Ut adeo non tam Excellentiae Vestrae de meritissimo honore novo, quam Patriae, et nobis praesertim gratuler, quod singulari Numinis beneficio talis, ac tantus Praesul, et una Pater nobis obtigerit: Deumque Opt. Max. ardentissime deprecor, et deprecor obortis, verissimis solatii testibus, lacrymis: ut Excellentiam Vestram, spem, ac praesidium plurimorum quam diutissime superstitem, ac florentem praestet; quo plures paternis gratiis, potentique patrocinio frui, et gloriari una mecum possint, qui perenni cum cultu, et veneratione esse cupio, et ut esse merear, infimis precibus oro

Excellentissimi Domini Praesulis

Deés, 1775. 9.<sup>a</sup> Septembris

Servorum et Clientum minimus

*Josephus Kovács mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
Kovács Józsefről lásd: Archiv XI. k. 204. l.

## 27.

Topánfalva, 1775. szeptember 28.

*Dobra László exjezsuita az erdélyi egyházmegye  
kötelékéhez óhajt tartozni.*

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine  
Praesul, Domine Benignissime!*

E literis A. R. D. Nicolai Benkő 27<sup>ma</sup> mensis Septembris ad me perlatis primum intellexi Augustissimae Aulae iuxta ac Excellentiae Suae gratiosum mandatum, quo significare iubeor,

cuinam Dioecesi adscribi exoptem. Cui etiam hoc promptiore voluntatis studio obsequor, quod in Excellentia Sua eiusmodi Praesulem singulari divini Numinis beneficio nobis concessum esse cumprimis gratuler, in quo extinctae Matris Societatis loco Patrem et Pastorem longe optimum nanciscerer, ac in eiusdem Dioecesi, cui accenseri unice in votis habeo, ab ingenta Excellentiae Suae benignitate ingravescenti aetati quaecunque subsidium invenirem. Utinam is corporis, animique vigor etiamnum suppeteret, qui meo serviendi desiderio ex aequo responderet. Caeterum quantulumcunque virium in me reliquum est, totum id Dei, et Excellentiae Suae obsequiis dicatum cupio. Faxit Deus Optimus Maximus, ut Excellentiam Suam quam diutissime nobis servet incolumem. Istud dum indignis meis precibus abs divina Clementia emereri pergo, cum submississimae venerationis testificatione, ac sacrae dexterae osculo memet quamvis immerentem pretiosis Excellentiae Suae favoribus, ac gratiis humillime commendo, ac persevero

Excellentiae Vestrae

Topánfalva, Die 28. Septembris 1775.

Infimus Capellanus  
*Ladislaus Dobra* mpr.

Eredetiye az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Dobra Lászlóról* lásd: Archiv XI. k. 178. l.

## 28.

Fiátfalva, 1776. április 14.

*Bethleni Antal* exjezsuita az erdélyi egyházmegye  
kötelékébe óhajt fölvétetni.

*Excellentissime, ac Illustrissime Domine Praesul!*  
*Domine mihi gratiosissime, colendissime!*

Ex literis Admodum Reverendi Domini Nicolai Benkő proxime ad me datis innotuit, Excellentiam Vestram iuxta mandatum Regium ad quaevis suppressae Societatis individua datum cupere, cuinam Dioecesi adlegi velim. Mandato itaque Excellentiae Vestrae morem gerere volens profunda cum animi demissione significo, me huic et non alteri Dioecesi adscribi velle, ac ut obsequentem decet filium, Excellentiae Vestrae in

omnibus subiectum esse cupere. Me de reliquo gratiis et favoribus humillime commendo, ac maneo

Excellentiae Vestrae  
Fiátfalvae, 14. Aprilis 1776.

humillimus Servus, ac Capellanus

*Antonius Bethleni mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Bethleni Antalról* lásd: Archiv XI. k. 171. l.

## 29.

Mikháza, 1776. április 19.

*Botár György exjezsuita* az erdélyi egyházmegyébe óhajt fölvétetni.

*Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Domine Praesul, ac Patrone mihi Gratosissime!*

Intellexi ex literis Admodum Reverendi Domini Nicolai Benkő Excellentiae Vestrae benignissimum mandatum, ut declararem meam circa eligendam Dioecesim voluntatem; id ego etsi anno praeterlapso Vásárhelini scripto praestiterim, nunc tamen reverenter, et debita cum submissione rursus praestare cupio, et declaro, me sub alis Excellentiae Vestrae in hac Dioecesi vitam agere constituisse, Obstetans humillime Excellentiam Vestram, ut meam quoque vilitatem inter suos charissimos filios pati, et fovere paterna sua benignitate dignetur. Sacras Excellentiae Vestrae manus humillime, et reverenter exosculans, pretiosissimis gratiis, et favoribus me demississime commendo, et emorior

Excellentiae Vestrae  
Datum Mikhazae 19. Aprilis 1776.

Infimus, et obedientissimus Cliens

*Georgius Botár mpr.*

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 203. sz. alatt.  
*Botár Györgyről* lásd: Archiv XI. k. 173. l.

Bölön, 1776. április 26.

*Fekete József exjezsuita* nyilatkozik arra nézve, hogy melyik egyházmegye tagja óhajt lenni.

*Excellentissime, Illustrissime ac Reverendissime Domine Comes, ac Episcopo, Domine Patrone Colendissime!*

Necdum accepto gratioso responso Excellentissimi Domini Episcopi et Comitis ad priorem epistolam meam, in qua scripseram pro iurisdictione ad audiendas confessiones, pro facultate celebrandi sub dio, aut loco decenti in defectu Templi Catholici et seorsim Bölönienses Catholici instabant pro paramentis sacris; Nunc cum ex acceptâ Reverendi Patris Nicolai Benkő, Regentis Convictus Claudiopolitani epistolâ intelligam adhuc a me desiderari, ut certae Dioecesi me adiungam, inscribamque, respondeo me adhuc anno superiore Mense Augusto aut Septembri in data ad Reverendum Patrem Ignatium Wagenseil, administratorem Coronensem epistolâ liberalissime resolvisse pro Dioecesi Transilvaniae, prout etiam nunc tertio (!) me resolvo, adiungo, inscribo. Defectus informationis haesit apud Patrem Wagenseil.

Quamvis in gratiâ Excellentiae Vestrae vehementer confidam, usque dum tamen Paramenta Sacra praeparari possint, insto enixe Excellentissimo Domino Episcopo et Comiti, ut circa unum Calicem Sacrum ex Residentia Coronensi nobis tantisper commodandum mandare dignetur, ut hic in medio nationis istius pauperibus Catholicis solatio spirituali esse possim; detrimentum Calicis, si quod hic illatum fuerit, in me suscipio, cum et ipse pertineam ad Residentiam hanc nobis propinquiorem, sed minore hic sumptu inter Cognatos victito. Pro omnibus gratiis, ac beneficiis me obstrictum censebo.

Ex pago Bölön, 26<sup>ta</sup> Aprilis 1776.

Excellentissimi Domini Episcopi et Comitis

Servus in Christo humillimus et Capellanus

*Josephus Fekete mpr.*

Bécs, 1776. június 7.

*Mária Teréziának a voltjezsuiták alkalmazása tárgyában gróf Kollonitz László erdélyi püspökhöz intézett leirata.*

717.

Maria Theresia etc. Reverende, Spectabilis ac Magnifice Comes, Fidelis Noster, sincere Nobis dilecte! Ad effectum benigni Rescripti sub hodierno ad Comissionem in publico Ecclesiasticis de introducendis Claudiopoli cum exordio imminentis anni scholastici Patribus Clericis Regularibus piarum Scholarum exarati in Copia adnexi procurandum, Fidelitas Vestra Exjesuitas ob senium, imbecillitates, vel alias ob causas, extra officia constitutos, qui hactenus in Collegio Claudiopolitano habitarunt, quantocyus partim ad residentias Udvarhelyensem, et Marusvasarhelyensem, nulli alteri usui hactenus destinatas, partim ad alia loca, ubi saltem numerum Missae Sacrificiorum augendum inveniret, transferet, illos autem, qui officia pro futuro Patribus Clericis Regularibus piarum Scholarum concedenda hactenus administrarunt, partim ad duas Classes humaniores Coronae, et Marusvasarhelyini actu subsistentibus adiciendas, adplicare, partim in locum Magistrorum Secularium, in nonnullis Civitatibus, et Oppidis Classes elementares docentium, qui ad Scholas Normales transferri poterunt, substituere, partim ad Parochias praecipue Nagy-Sinkiensem, Tekiensem, et alias, ubi Franciscani ob defectum aliorum Subiectorum, cum aggravio fundi religionis, in subsidium vocari debuerunt, nec non ad alias Sacras functiones, immo, si necessarium foret, nonnullos etiam in sublevamen Commissionis ad Censuram librorum ordinatae, destinare studebit, de repartitione autem, quam Fidelitas Vestra facere intendit, praevis, et quidem versus finem Julii Informationem Altissimae Nostrae Adprobationi substernet. Cui in reliquo Gratiâ Nostrâ Caesareo-Regiâ, ac Principali benigne propensae manemus. Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae, die Septima mensis Junii, anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto, Regnorum vero nostrorum Trigésimo Sexto.

Maria Theresia mp.

C. Michael Kornis mpr.

Ad mandatum etc.

Alexander Horváth mpr.

*Külcim:* a szokásos címzés.

Ép zárópecséttel ellátott eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 152. sz. alatt.

Kolozsvár, 1776. július 20.

*Benkő Miklós kolozsvári finöveldei igazgató  
jelentése a kolozsvári volt jezsuitákról.*

*Excellentissime Domine Domine Praesul!  
Domine, ac Patrone mihi Benignissime!*

Literas Excellentiae Vestrae Benignissimas die 11. labentis ad me datas hesterno Cursore summâ accepi veneratione. Grates repono plurimas pro Paterno prorsus adversi nos animo, qui mihi praesertim in hoc afflicto rerum nostrarum statu maximum attulit solatium; quo suo eximio favore, ut tot tempestatibus iactatos, Matre Societate orbatos Filios etiam dehinc prosequi dignetur, humillime oro. Commissam porro de singulorum suppressae Societatis virorum isthic degentium animi propensione exquirendâ curam executus, summâ animi demissione haec significanda Excellentiae Vestrae habeo.

P. Andreas Liszi, quatuor iam annis Claudiopoli Professor Rhetoricae, cum stabilem in Transylvania accomodationem non videat, aucto praesertim eorum numero, qui disponendi, ac accomodandi sunt, cum bonâ Excellentiae Vestrae veniâ ex Dioecesi hac abiturus est, sperans se pensione aliqua isthic fruiturum, quoad in solo natali in Ungaria beneficium aliquod consequatur.

P. Joannes Fridvaldszky, Regens Seminarii, anno uno, concedi sibi ab Excellentia Vestra humillime expetit, ut panem suum, congruamque sustentationem coram Throno Regio quaerere possit; intellexi eum Dioecesim velle mutare.

P. Josephus Mártonfi, Professor Matheseos, ex Ungaria ad hanc docendam anno 1773. literis Excelsi Regii Gubernii evocatus, cum Theologicis Disciplinis excultus non sit, curae animarum applicare se nequit, neque post doctam isthic triennio Mathesim inferiores alibi locorum in Dacia scholas docere sine suo dedecore potest. Post publicum hoc officium gestum, Seminarium aliquod Theologiae discendae causa ingredi valde arduum foret; si tamen alicubi cum honesta pensione accomodari posset, mansurum in Dioecesi.

In Collegio habitantes suppressae Societatis Patres sunt sequentes: P. Adamus Kereskényi, P. Ferdinandus Hartman, P. Georgius Biró, P. Stephanus Biró.

P. Adamus Kereskényi posteaquam Praefecti Typographiae munere decessit, sine ullo erat officio, uti et P. Georgius Biró. P. Stephanus Biró ab anno superiore Bibliothecarii officio fungebatur.

P. Adamus Kereskényi, vir alioquin senio confectus, ac P.

Stephanus Biró Maros-Vásárhelyinum se conferent, si Excellentiae Vestrae ita placuerit, quietam illic cum Regiâ pensione vitam ducturi.

P. Georgius Biró ex benigno Excellentiae Vestrae annutu Claudiopoli vitae reliquae paucos dies, vel annos exigere cupit, hospitium sibi in Civitate conducturus, si in Collegio manendi facultas concessa non fuerit, arduum enim ei foret hac aetate locum mutare.

P. Ferdinandus Hartman, Physicae Professor pluribus iam annis, linguarum Germanicae, Gallicae peritus, libenter Cibinii librorum censuram susciperet.

P. Emericus Boér, Templi Academici Thesaurarius hactenus, convertitarum puerorum curam libenter Claudiopoli retinebit accedente Excellentiae Vestrae benigno assensu; ex curis porro his nullam aliam remunerationem, quam spiritualement duntaxat consolationem habere cupit. Fundatio pro convertitis alioquin stabilis nulla est isthic; multum sane decederet huic pio instituto, si Pater Boér amoveretur, qui etiam aere suo ex Patrimonialibus accepto horum convertitarum commodum curat. Is porro, si pensionem Thesaurarii amiserit, instat pro alia Regia pensione, quam Sua Maiestas aliis etiam abolitae Societatis viris benigne confert.

P. Franciscus Grasser, Concionator Germanicus, vir religiosissimus, se penitus arbitrio, ac paternae Excellentiae Vestrae dispositioni relinquit; aptissimus is esset pro cathedra Cibiniensi.

P. Franciscus Lakatos, Professor Syntaxeos, ac P. Paulus Ambrus, Professor Poeseos libenti animo alibi locorum scholas docturi sunt.

P. Thadaeus Manner, Regius beneficiatus in Monostor, si statio mutanda fuerit, libenter se pro quiete M. Vásárhelyinum conferet annis iam alioquin confectus.

M. Franciscus Gönczi pro Theologia Tyrnaviensi se humillime commendat.

Quod me attinet, grates cumprimis amplissimas ago pro singulari erga me Excellentiae studio, cuius Paterno arbitrio me summa fiducia, omnique observantia committo. Ego quidem vitam privatam in tanta rerum instabilitate libenter ducam aetate praesertim mea provectiore, si tamen Excellentiae Vestrae operâ meâ uti visum fuerit, censuram librorum Cibinii cum socio suscipiam, ut sic etiam bono publico serviam, sperans, humillimeque instans pro autione pensionis, quam alioquin mihi Sua Maiestas iam anno superiore tanquam bene merito in Societate, florenorum 300 ex Camera Ungarica resolvere dignata fuerat.

Commendo me aestimatissimis Excellentiae Vestrae gratiis,

ac sacras exosculatus manus maneo in perenni venerationis  
profundissimae cultu

Excellentiae Vestrae

Claudiopoli 1776. die 20. Julii.

servus minimus, Cliens devotissimus

*Nicolaus Benkő*

Regens Conv. Nob. mpr.

Eredetije az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1776. évi 203. sz. alatt.

### 33.

Bécs, 1776. július 25.

*Mária Teréziának az erdélyi püspökhöz intézett leirata  
a piaristáknak Kolozsvárt való letelepitése és a volt  
jezsuiták alkalmazása tárgyában.*

1012.

Maria Theresia etc. Reverende, Spectabilis, ac Magnifice Comes, fidelis Noster, sincere Nobis dilecte! Ad ea, quae Fidelitas Vestra intuitu Patrum Piarum Scholarum, pro erudienda iuventute in Universitate Claudiopolitana introducendorum, sub 10<sup>ma</sup> Mensis Iulii anni currentis demisse repraesentavit, benigne declarandum invenimus: Quod ordinationi Nostrae de dato Septima Junii anni currentis pluribus relevantibus motivis innixae, porro quoque firmiter inhaereamus, atque ideo desideratam propositionem circa distributionem Exjesuitarum, in quorum locum Clerici Regulares Piarum Scholarum succedent, nec non illorum, qui absque officiis Claudiopoli degunt, proxime praestolemur. Et quoniam praecipua Nostra intentio eo quoque vergit, ut per viros, qui Claudiopoli hactenus complura dexteritatis suae dederunt specimina, alia etiam Gymnasia, et Seminaria maiora in dies capiant incrementa, et praeprimis Parochiis Civitatum atque maiorum Oppidorum magis consulatur: Hinc Fidelitati Vestrae committimus, ut tempore huius distributionis, Patres Ferdinandum Hartmann, et Josephum Mártonfi ad Parochias in Civitatibus, ubi linguae Germanicae maior usus est, Regentes autem e Convictu, et Seminario Claudiopolitano ad alia illis videlicet, quibus vel hactenus, vel saltem in Societate per longius tempus praefuerunt, commensurata adplicare studeat, omnibus vero Exjesuitis transferendis declaret, quod illi, qui eodem zelo, quem hactenus ad benignam nostram complacentiam demonstrarunt, officia sibi concredenda imposterum quoque obibunt, praeter Salarium modernum, data quavis opportuna

occasione, uberiorem nostram clementiam experientur, qui vero e Dioecesi Transsilvaniensi vel plane egredientur, vel officia per Fidelitatem Vestram pro viribus cuiusvis designanda acceptare recusarent, se se ordinariâ Sexdecem florenorum menstruâ pensione contentare debebunt. Caeterum benigne confidimus, quod Fidelitas Vestra Altissimam nostram intentionem de Exjesuitis benemeritis, quibuscunque emersuris vacantiis ulterius consolandis, omni modo secundabit, Regentes Convictûs, et Seminarii Claudio-politani, eousque ab officiis hactenus gestis, donec Clericis Regularibus Piarum Scholarum necessariam instructionem suppeditaverint, non dimittet, et pro cognitâ Nobis in exequendis mandatis Nostris promptitudine, praefatis Clericis omnem assistentiam praebebit, ut remotis impedimentis, quae se plerumque cum exordio negotiorum afferre solent, partes officiorum rite adimpleri possint. Cui in reliquo Gratiâ nostra Caesareo-Regia, ac Principali benigne propensae manemus. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima quinta Mensis Julii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto, Regnorum vero Nostrorum Trigesimo Sexto.

Maria Theresia mpr.

C. Michael Kornis mpr.

Ad mandatum etc.

Wolfgangus Cserey mpr.

Ép zárópeccséttel ellátott eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1776. évi 205. sz. alatt.

## 34.

1777. januárius 30.

*Mária Terézia újabb rendelete az exjesuitákról.*

112.

Maria Theresia etc. Reverende, Spectabilis ac Magnifice Comes, fidelis Noster, sincere Nobis dilectel! In ordine ad informationem, circa translationem nonnullorum individuorum Sublatae Societatis dd<sup>o</sup> quinta Januarii anni currentis submissam, fidelitati Vestrae intimandum invenimus, quod Altissimae Ordinationi nostrae circa Patres Ferdinandum Hartmann, et Joannem Béldi dd<sup>o</sup> septima Novembris anni proxime elapsi emanatae, firmiter porro quoque inhaereamus, ad corrigendos nihilominus naevos intuitu coadiutorum expositos, eo omnis sollicitudo convertenda sit, ut vel penes Coronensem aequae ac alias maiores saltem Parochias in locum Franciscanorum quantocyus Subiecta e Clero, quae in officiis Coadiutorum sibi qualitates pro Parochiis obeundis comparare debent, surrogentur, vel saltem, si talia non reperirentur, superioribus Ordinum Religiosorum committatur, ut

ad Officia Coadiutorum praestantiora semper Subiecta seligant, atque praevis ad Fidelitatem Vestram, quae qualitates illorum sibi notas reddet, atque de praecipuis penes Parochiam, ad quam adplicari volunt, observandis, instruet, mittantur.

Quantum ad Patrem Mártonfi, prudenti Fidelitatis Vestrae iudicio relinquimus, quasnam dispositiones facere velit, ut vir hic de linguarum plurium notitia, et egregiis animi dotibus Nobis commendatus, saltem successive scientias Theologicas haurire, hacque ratione ad alia Officia pro incremento Religionis obeunda praeparari possit? Exemplum denique pro Patre Stephano Biró a Regno Nostro Hungariae adductum, ad casum ipsius applicabile non videtur, alia etenim est ratio illorum, qui tempore Sublatae Societatis ad nullum officium applicari voluerunt, aut potuerunt, et tamen ob merita antea sibi in Societate comparata, vel fractus corporis vires prae reliquis distinctionem mereri comperti sunt, ubi e contra praememoratus Pater Biró tempore Sublatae Societatis ordinariam duntaxat pensionem obtinuit, et augmentum illius demum medio Benigni nostri Rescripti dd<sup>o</sup> decima sexta Februarii 1775. sub expressa conditione, ut officia quaevis designanda acceptet, adplacidatum fuit; cui accedit, quod Patres Wagenseil, Schreiner, Mader, et Danhoffer nuper ad pensionem centum nonaginta duorum florenorum, ideo, quia Transylvaniae nulla prorsus praestant servitia, reducti sint: Habita tamen benigna reflexione ad specialem Fidelitatis Vestrae pro eodem iam binis vicibus interpositam commendationem, praecceptum item rationabilem metum, ne in casu, quo pensio eiusdem restringeretur, in eundem, quo iam annis praeteritis laboravit, morbum denuo recidat, Clementer annuimus, ut eidem maior pensio in tercentis quippe annuis florenis, porro quoque praestetur, ea tamen lege, ut absque ulteriori tergiversatione, extra Collegium hospitium sibi conducat, Bibliothecam, cuius curam hactenus iuxta privatas saltem relationes habuit, praevia cum inventario, quod tempore sublatae Societatis adornatum est, combinatione indilate resignet, librosque in consequentiam praecitati Rescripti, eidem commodatos restituat, atque in genere privatam et pacatam vitam ducat, quin secus si dispositiones, quae genio suo non arriderent, scriptis vel verbis vellicare praesumeret, Claudiopoli illico amovebitur. In reliquo Fidelitati Vestrae Gratia Nostra Caesareo-Regia, ac Principali benigne propensae manemus. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die trigesima mensis Januarii, anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Septimo, Regnorum vero Nostrorum Trigesimo Septimo.

Maria Theresia mpr.

C. Michaël Kornis mpr.  
Ad mandatum etc.  
Wolfgangus Cserey mpr.

*Külcim*: a szokások.

Eredetije az Erdélyi püspöki levéltárban 1777. évi 39. sz. alatt.

Károlyfejérvár, 1778. július 5.

*Kollonitz László püspök meghagyja More István  
exjezsuitának, hogy a szeminariumból, melyet  
rövidesen a papnövelde részére kell átalakítani,  
hurcolkodják ki.*

*Admodum Reverende Domine!*

Cum iam Residentia olim Societatis mandato Suae Maiestatis Sacratissimae pro Seminario Cleri mei effective tradita sit, et usque initium scholarum anni mox adfuturi nonnullae restorationes fieri debeant; Dominationem Admodum Reverendam praesentibus requiro, ut sibi quantocyus de alio hospitio provideat et rebus suis ex supradicta residentia quo citius elatis, alibi de habitatione sibi accomodet. Caeterum cum aestimatione maneo

Admodum Reverendae Dominationis Vestrae

5<sup>a</sup> Julii 1778.

*Servus paratus*

*Kivül: Litterae ad Stephanum More datae, ut cum residentia sublatae Societatis pro Seminario Cleri iam tradita sit, restorationes autem ibidem quaequam fieri debeant, de habitatione alibi sibi accomodet.*

Fogalmazványa az *Erdélyi püspöki levéltárban* 1778. évi 304. sz. a.

Ezen egykorú és leghitelesebb források alapján megállapítható tehát, hogy kevés kivétellel az erdélyi jezsuiták közül legtöbben a rend eltörlése után is Erdélyben maradtak, hogy továbbra is ott folytassák lelkipásztori, vagy tanári áldásos és kiváló működésüket.

Most már azonban érdekes és fölötte becses lenne tudni azt is, hogy ezekre az erdélyi egyházmegye kötelékébe lépett s világi papokká lett jezsuitákra minő sors várt és miképen tudtak e nagykiterjedésű dioecesisben elhelyezkedni, de — sajnos — az eddigelé napfényre került adatok csak egyesekre szorítkoznak, sőt mi több, oly fogyatékosak és annyira kiegészítésre szorulnak azok, hogy tiszta képet magunknak e tekintetben ma még korántsem alkothatunk. E sovány és gyér adatokat e vég-sorokban betűrendben mégis ide iktatjuk, hogy legalább az utánunk következő és esetleg szerencsésebb kutatók munkáját ez által is legalább némiképp megkönnyítsük.

*Ambrus Pál* 1777-ben nyárádtói plebános volt, 1781-ben mint tanár Gyulafehérvárra került, azután altorjai plebános és tiszteletbeli kanonok lett. Elhunyt 1797. szeptember 9-én.

*Apostol György* 1779-ben marosvásárhelyi finöveldei igazgató, 1782-ben nyárádtói plebános, később királyi beneficiatus. Elhunyt 1794. március 14-én.

*Bethleni Antal* 1779-ben kir. beneficiatus, 1781-ben magyarláposi, 1782-ben pedig székelykereszturi plebános. Elhunyt 1798. szeptember 19-én.

*Botár Gergely* előbb királyi beneficiatus, majd 1779-ben székelyudvarhelyi finöveldei igazgató. Elhunyt Csikmadéfalván 1794-ben.

*Botár György* előbb Csikmadéfalván, majd szülőhelyén, Csiktaplócán élt mint királyi beneficiatus. 1797. július 22-én hunyt el.

*Csedő Pál* 1782-ben csikszentkirályi, azután 1787-ben gyergyócsomafalvi plebános. Elhunyt 1813. augusztus 25-én.

*Dobra László* 1779-ben királyi beneficiatus, 1782-ben mint nyugalma-zott plebános Kolozsvárra költözött. Elhunyt Borbándon 1784. januárius 1-én.

*Fekete József* királyi beneficiatus, majd 1782-ben nyugalomban él Brassóban.

*Ferenczi András* 1776-ban marosvásárhelyi káplán, 1778-ban pedig ugyanott főesperes-plebános s később még tiszteletbeli kanonok is. Elhunyt 1795. augusztus 19-én.

*Friberth Sámuel* 1779-ben könyvcenzor, utóbb az erdélyi egyházmegyéből máshova távozik.

*Gönczi Ferenc* 1779-ben negyedéves teologus Budán, 1782-ben nagyszzebeni tanár, 1787-ben abrudbányai plebános, később pedig marosvásárhelyi finöveldei igazgató. Elhunyt 1806. május 1-én.

*Grasser Ferenc* 1782-ben már mint plebános nyugalomba vonul ugyan és Nagyszzebenbe költözik, de ugyanott még 1787-ben is német szentbeszédek tart. Elhunyt 1794-ben.

*Haller József* királyi beneficiátus. Elhúnyt 1778. januárus 15-én Farkastelkén.

*Jakab András* gyulafehérvári tanár, 1779-ben ugyanott finőveldei igazgató is. Elhúnyt mint nyugalmazott plebános 1797. március 28-án.

*Kovács József* székelyudvarhelyi tanár és finőveldei igazgató, 1807-ben a gyulafehérvári papnővelde lelkiigazgatója és szentszéki ülnök. Elhúnyt 1819. március 18-án.

*Koffler János* 1779-ben királyi beneficiátus. Elhúnyt 1781. januárus 2-án.

*Lehmann József* nagyszebeni plebános. Elhúnyt 1779. szeptember 27-én.

*Manner Tádé* kolozsmonostori lelkész. Elhúnyt 1785. március 8-án Kolozsvárt.

*Mártonfi József* a kolozsvári főiskola mennyiségtan tanára, 1779-ben az erdélyi római katolikus iskolák felügyelője, 1786. kormányzéki tanácsos, 1788-ban tiszteletbeli kanonok, 1793-ban szerbiai címzetes püspök, 1799-ben erdélyi püspök. Elhúnyt 1815. március 3-án székelyhény.

*More István* királyi beneficiátus, utóbb hátszegi plebános. Elhúnyt Gyulafehérvárt 1783. május 21-én. Emlékét még ma is áldja az a két tanuló, akiknek részére csekély vagyonából a gyulafehérvári finőveldeben alapítványt tett.

*Neuhauser Károly* 1782-ben nagyszebeni segédlelkész.

*Szaleffi János* 1779-ben nagyszebeni segédlelkész, 1782-ben ugyanott dékán-plebános és gimnáziumi igazgató.

*Szegedi György* 1779-ben marosvásárhelyi főesperes-plebános, tiszteletbeli kanonok. Elhúnyt 1786. januárus 3-án.

*Szeredai Domokos* 1782-ben nyugszik Mikefalván, 1794-ben tiszteletbeli kanonok és papnőveldei igazgató, 1796-ban küüllői főesperes. Elhúnyt 1799. januárus 19-én.

*Török Ferenc* székelyudvarhelyi főesperes-plebános, tiszteletbeli kanonok. Elhúnyt 1804. június 20-án.

Befejezésül még csak azt kell megjegyeznünk, hogy Fridvaldszky Jánost e névsorból azért mellőztük, mert e tudós és kiváló tanár, noha őt saját kérésére Erdély püspöke világi papjainak sorába fölvette, mégsem maradt Erdélyben, hanem Magyarországra távozott.



